

infidelis aspiciat, qui est sinistra. *Augustinus* de Serm. Dom. in monte. (Lib. 2. cap. 4. & 5.) Sed secundum hoc videbitur nulla esse culpa velle placere fidelibus, cum tamen in quorumlibet hominum laude finem boni operis constituere prohibeamur. Ut autem te imitentur quibus facta tua placuerint, non tantum fidelibus, sed etiam infidelibus exhibendum est. Si autem (ut alii dicunt) sinistram inimicum putaveris, ut nesciat inimicus tuus cum elemosynam facis; cur ipse Dominus inimicis Judæis circumstantibus misericorditer sanavit homines? Deinde quomodo cum ipso inimico faciemus, ut illud impleamus præceptum (Prov. 21.) „Si esurierit inimicus tuus, ciba illum?“ Tertia opinio est ridenda eorum qui dicunt, sinistræ nomine uxorem significari, ut quoniam in te familiari tenaciores pecuniarum solent esse feminae, lateat eas cum aliquid viri alienis impendant, propter domesticas lites. Non autem solis viris hoc præceptum datum est, sed etiam feminae; cui ergo sinistræ iubetur femina occultare opus misericordiae suæ? An etiam vir sinistra erit feminae? Quod si quispiam putat, cum præceptum sit talibus, ut se invicem bonis moribus lucrifaciant, non sibi debent occultare bona opera sua; nec furta facienda sunt, ut promeretur Deus. Quod si occultandum est aliquid, quamdiu alterius infirmitas id æquo animo non potest sustinere, quamvis non illicite fiat; non tamen femina per sinistram significari facile apparet totius capituli significatione; & etiam quam sinistram vocet. Quod enim in hypocritis culpatum est, quod scilicet laudes hominum quarunt; hoc tu facere ventaris; quapropter sinistra videtur significare delectationem laudis; dextera autem significat

intentionem implendi præcepta divina. Cum ergo conscientiae (1) facientis elemosynam miscet se appetitio laudis humanæ, fit sinistra conscientiae dextera. *Nesciat ergo sinistra*; id est, non se miscet conscientiae tuæ, laudis humanæ appetitio. Dominus autem noster multo magis prohibet solam sinistram in nobis operari, quam eam misceri operibus dexterae. Quo autem sine hoc dixerit, ostendit cum subdit: *Ut sit elemosyna vestra in abscondito*, id est in ipsa bona conscientia, quæ humanis oculis demonstrari non potest, nec verbis aperiri, quandoquidem multa mentiuntur. Sufficit autem tibi ad promerendum præmium ipsa conscientia, si ab eo expectas præmium, qui solus conscientiae inspector est. Et hoc est quod subditur: *Et Pater tuus, qui videt in abscondito, reddet tibi*. Multa Latina exemplaria habent, *Reddet tibi palam*. *Chrysostramus* super Matth. (hom. 13. in op. imperf.) Impossibile est enim ut opus bonum hominis in abscondito dimittat Deus; sed in hoc sæculo manifestat, & in illo glorificat, quia gloria Dei est: sicut & diabolus manifestat malum, in quo malitiae ejus virtus ostenditur. Proprie autem publicat omne bonum in sæculo illo cuius bona non sunt communia bonis & malis: ideo cuiquamque illic benè fecerit Deus, manifestum est quia pro mercede justitiae suæ meruit illud. Merces autem justitiae in hoc sæculo manifesta non est, quia hic non solum boni, sed etiam mali sunt divites. *Augustinus* de Serm. Dom. in monte (Lib. 2. cap. 4.) Sed in Græcis exemplaribus, quæ (2) propria sunt, non invenimus, *Palam*. *Chrysostramus* in hom. 19. Si ergo vis habere inspectores eorum quæ facies, ecce habes non solum Angelos, aut Archangelos, sed Deum universorum.

(1) *Al.* faciendi. (2) *P. Nicolai* ponit priora.

CAPUT VI.

(a) **C**UM oratis, non eritis sicut hypocritæ, qui amant in synagogis, & in angulis platearum stantes orare, ut videantur ab hominibus. Amen dico vobis, receperunt mercedem suam. Tu autem cum oraveris, intra in cubiculum tuum, & clauso ostio, ora Patrem tuum in abscondito; & Pater tuus, qui videt in abscondito, reddet tibi.

(b) Orantes autem nolite multum loqui, sicut Ethnici faciunt: putant enim quod in multiloquio suo exaudiantur. Nolite ergo assimilari eis. Scit enim Pater vester quid opus sit vobis, antequam peratis eum.

(c) Sic ergo vos orabit: Pater noster qui es in cælis.

(d) Sanctificetur nomen tuum.

(e) Adveniat regnum tuum.

(f) Fiat voluntas tua, sicut in cælo, & in terra.

(g) Panem nostrum superfluentem da nobis hodie.

(h) Et

(h) Et dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris.

(i) Et ne nos inducas in tentationem.

(k) Sed libera nos a malo. Amen.

(l) Si enim dimiseritis hominibus peccata eorum, dimittet & vobis Pater vester caelestis delicta vestra; si autem non dimiseritis hominibus, nec Pater vester dimittet vobis peccata vestra.

(m) Cum autem jejunatis, nolite fieri sicut hypocritæ tristes. Exterminant enim facies suas, ut appareant hominibus jejunantes. Amen dico vobis, quia receperunt mercedem suam.

(n) Tu autem cum jejunas, unge caput tuum, & faciem tuam lava, ne videaris hominibus jejunans, sed Patri tuo qui est in abscondito; & Pater tuus, qui videt in abscondito, reddet tibi.

(o) Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra, ubi ærugo, & tinea demolitur, & ubi fures effodiunt, & furantur. Thesaurizare autem vobis thesauros in cælo, ubi nec ærugo, nec tinea demolitur, & ubi fures non effodiunt, nec furantur. Ubi enim est thesaurus tuus, ibi est & cor tuum.

(p) Lucerna corporis tui est oculus tuus. Si oculus tuus fuerit simplex, totum corpus tuum lucidum erit; si autem oculus tuus fuerit nequam, totum corpus tuum tenebrosum erit. Si ergo lumen quod in te est, tenebræ sunt, ipsæ tenebræ quante erunt?

(q) Nemo potest duobus dominis servire. Aut enim unum odio habebit, & alterum diligit; aut unum sustinebit, & alterum contemnet. Non potestis Deo servire, & mammonæ.

(r) Ideo dico vobis, ne solliciti sitis animæ vestræ quid manducetis, neque corpori vestro quid induamini. Nonne anima plus est quam esca, & corpus plus quam vestimentum?

(s) Respicite volatilia cæli, quoniam non serunt, neque merunt, neque congregant in horrea; & Pater vester caelestis pascit illa. Nonne vos magis pluris estis illis? Quis autem vestrum cogitans potest adjicere ad staturam suam cubitum unum?

(t) Et de vestimentis quid solliciti estis? Considerate lilia agri quomodo crescunt. Non laborant, neque nent. Dico autem vobis, quoniam nec Salomon in omni gloria sua cooperatus est sicut unum ex istis. Si enim fenum agri quod hodie est, & cras in glibano mittitur, Deus hic vestit: quanto magis vos modicæ fidei?

(u) Nolite ergo solliciti esse, dicentes: Quid manducabimus, aut quid bibemus, aut quo operiemur? Hæc enim omnia Gentes inquirunt. Scit enim Pater vester quia his omnibus indigetis. Querite ergo primum regnum Dei, & justitiam ejus; & hæc omnia adjicientur vobis.

(x) Nolite ergo solliciti esse in crastinum: crastinus enim dies sollicitus erit sibi ipsi: sufficit enim diei malitia sua.

(a) **C**hrystostomus super Matth. (hom. 13. in oper. imperf.) Salomon dicit (Ecclesi. 8.), „Ante orationem præpara animam tuam.“ Quod quidem facit qui faciens elemosynam venit ad orationem; bona enim opera excitant fidem cordis, & dant confidentiam animæ apud Deum orandi. Ergo elemosyna præparatio est orationis, & idem Dominus post elemosynam (1) convenienter de oratione nos instruit. *Augustinus* de Ser. Dom. in monte (Lib. II. cap. 6.) Non autem hoc monet nunc ut oremus, sed quomodo oremus; sic nec superius ut faciamus elemosynam, sed quo animo faciamus. *Chrysostramus* super Matth. (ibidem.) Est autem oratio quasi quoddam spiritale tributum, quod anima offert Deo de visceribus suis. Quanto ergo gloriosior est, tanto cautior est servanda, ne propter homines facta vilescat; & ideo dicit: *Cum oratis, non eritis sicut hypocritæ*, *Chrysostramus* in hom. (19.) Hypocritas vocat, qui Deum se fingentes orare, homines circumspiciunt; & ideo subdit: *Qui amant in synagogis orare*. *Chrysostramus* super Matth. (hom. 13. in oper. imperf. super illud, *Qui amant*.) Puto autem (2) quod non ad locum hoc refert Dominus, sed ad propositum orantis: in conventu enim fidelium orare laudabile est, sicut dictum est Psal. 67. In ecclesiis benedicitur Deo. „Qui ergo sic orat ut ab hominibus videatur, non Deum aspicit, sed homines; & ideo quantum ad propositum suum in synagoga orat. Cujus autem orantis mens solum aspicit Deum, quamvis in synagoga orat, tamen apud se in secreto videtur orare. Sequitur: *Et in angulis platearum*: (3) ut videantur abscondite orare; & sic dupliciter laudantur, & quia orant,

(1) *Al.* consequentes. (2) *Al.* non ad locum hoc refertur quod ait Dominus. (3) *Al.* ut videantur, abscondite orant.

orant, & quia absconite orant. *Glossa*. Vel anguli platearum sunt ubi via per transversum (1) viæ ducitur, & quadrivium reddit. *Chrysostomus* super Matth. (ibidem.) Eo ergo proposito in conventu vetat orare, ut à conventu videatur: unde subditur: *Ut videantur ab hominibus*. Orans ergo nihil novum faciat quod aspiciant homines: vel clamando, vel pectus percutiendo, vel manus extendendo. *Augustinus* de Ser. Domini (Lib. II. cap. 6.) Non autem videri ab hominibus nefas est; sed pectus percutiendo, vel manus extendendo. *Chrysostomus* in hom. (19. ante finem.) A vana enim gloria ubique erui bonum est, maxime autem in oratione: si enim in hoc cogitationibus circumferimur, si ad orandum ingressi fuerimus: hanc habentes ægritudinem, qualiter intelligemus ea quæ à nobis dicuntur? *Augustinus* de Ser. Domini (Lib. II. cap. 6.) Sic etiam fugienda est hominum (2) scientia, si hoc animo aliquid fiat ut fructus expectetur placendi hominibus: unde subditur: *Amen dico vobis, receperunt mercedem suam*. *Chrysostomus* super Matth. (hom. 13. in op. imperf.) Unuquique enim ubi seminat, ibi metit: unde qui propter homines orant, non propter Deum, ab hominibus, non à Deo laudantur. *Chrysostomus* in hom. (19. super *Receperunt mercedem*.) Dicit autem, *Receperunt*, quia Deus retributionem quæ est ab ipso, tribuere vellet; illi autem eam quæ est ab hominibus, usurpant. Quomodo autem orandum sit, subiungit dicens: *Tu autem cum oraveris, intra in cubiculum tuum, & clauso ostio, ora. Patrem tuum in abscondito*. *Hieronymus* (super *Cum oraveris*.) Hoc simpliciter intellectum erudit auditorem, ut vanam orandi gloriam fugiat. *Chrysostomus* super Matth. (homil. 13. in opere imperi.) Ut nemo sit tibi, nisi ille qui orat, & ille quem orat: testis enim orantem gravat, non adjuvat. *Cyprianus* de Oratione dominica (ser. 6.) In absconitis etiam locis orare, magis convenit fidei, ut sciamus Dominum ubique esse præsentem; & majestatis suæ plenitudine occulta penetrare. (a) Possimus etiam intelligere (3) per ostium domus, os corporis, ut non clamosa voce oremus Deum, sed tacito corde propter tria. Primo quia Deus non voce clamosa pulsandus est, sed conscientia recta placandus, quia est cordis auditor: secundo quia secretas orationes tuas non oportet alterum scire, nisi te, & Deum: tertio quia clamose orans, alterum juxta te non permittis

(1) *Al. deest viæ*. (2) *Al. sententia*. (3) *Al. & ostium*. (4) *Al. deest quod*. (5) *Al. vigi-*

lanter. *EX EDIT. P. NICOL.* (a) *Chrysostomus* super Matth. in opere imperfecto, ut supra. Hæc appendix cum precedenti sic neclabatur prius, prætermisso indice Chrysostomi, ac si utraque Cypriani solius esset.

orare. *Cassianus* (in Collat. Patrum 9. cap. 35.) Cum summo etiam est orandum silentio, ut ipsos quoque inimicos nostros, qui orantibus nobis maxime insidiantur, lateat nostræ petitionis intentio. *Augustinus* de Ser. Domini in monte (Lib. II. cap. 6.) Vel per cubacula nostra sunt intelligenda corda nostra, de quibus dicitur Psal. 4. „ Quæ dicitis in cordibus vestris, „ in cubilibus vestris compungimini. „ Ostium est carnalis sensus; foris sunt omnia temporalia, quæ per sensum cogitationes nostras penetrant, & turba vanorum phantasmatum orantibus obstreperunt. *Cyprianus* de Oratione dominica (serm. 6.) Quæ autem segnitia est alienari, & capi ineptis cogitationibus, & profanis, cum Dominum deprecaris; quæ sit aliud quod magis debeas cogitare quam (4) quod cum Deo loquaris? Quomodo te audiri à Deo postulas, cum te ipsum non audias? Hoc est ab hoste non cavere, hoc est Deum negligentia orationis offendere. *Augustinus* de Ser. Domini (Lib. II. cap. 6.) Claudendum est ergo ostium, id est carnali sensui resistendum, ut oratio spiritalis dirigatur ad Patrem, quæ sit in intimis cordis, ubi oratur Pater in abscondito: unde sequitur: *Et Pater tuus, qui videt in abscondito, reddet tibi. Remigius*. Et est sensus: Sufficiat tibi ut ille solus noverit tuam orationem qui omnium corda novit occulta: quia ipse qui est inspector, erit exauditor. *Chrysostomus* in homil. (19. prope finem.) Non autem dixit, *Gratis dabit, se reddet tibi*: etenim debitorem seipsum tibi constituit.

(b) *Augustinus* de Ser. Domini in monte (Lib. II. cap. 7.) Sicut hypocritarum est præbere se spectandos in oratione, quorum fructus est placere hominibus; ita est Ethnicorum, id est gentilium, in multiloquio se putare exaudiri: & ideo subditur: *Orantes autem nolite multum loqui*. *Cassianus* Libro 9. Collationum (cap. 36.) Frequenter enim, sed breviter est orandum, ne immorantibus nobis, inferere aliquod nostro cordi insidiator possit inimicus. *Augustinus* ad Probam (epist. 121. cap. 10.) Non tamen, ut quidam putant, hoc est orare in multiloquio, si diutius oreitur. Aliud est sermo multus, aliud diuturnus affectus. Nam & de ipso Domino scriptum est, quod pernoctaverit in orando, & prolixius oraverit, ut nobis præberet exemplum. Dicuntur fratres in Ægypto crebras quidem habere orationes, sed eas tamen brevissimas, & raptim quodammodo jaculatas, ne illa (5) vio-

lenter erepta, quæ oranti plurimum est necessaria, per productiones moras hebetetur intentio: ac per hoc ipsi satis ostendunt hanc intentionem, (1) sicut non est obtundenda, si perdurare non potest, ita si perduraverit, non cito esse rumpendam. Abiit autem ab oratione multa locutio; sed non desit multa precatio, si fervens perseverat intentio: nam multum loqui est in orando rem necessariam superfluis agere verbis. Multum autem precari, est eum quem precamur diuturna cordis excitatione pulsare: nam plerumque hoc negotium plus gemitibus quam sermonibus agitur, plus fletu, quam assatu. *Chrysostomus* in hom. (19. in Matth.) Dissuadet igitur per hoc inanem locutionem in orando: putat eum non petimus decencia à Deo, sed potentatus, & gloriæ, inimicos superare, & pecuniarum abundantiam. Jubet ergo hic non longas orationes facere. Longas autem dico non tempore, sed multitudine eorum quæ dicuntur. (2) Perseverare tamen oportet eos qui petunt. „ Orationi enim (ait Apostolus Rom. 12.) infantes; „ non tamen jubet decem millium versuum orationem componere, & corde tenus enuntiare: quod occulte insinuat, cum dixit, *Nolite multum loqui*. *Glossa* (ordinaria.) Damnat autem multiloquium orationis veniens de insidelitate; unde sequitur *Sicut Ethnici faciunt*. Gentilibus enim erat necessaria verborum multiplicitas, propter dæmones qui (3) nesciebant quid illi peterent, nisi illorum verbis instructi: unde sequitur: *Putant enim quod in multiloquio suo exaudiantur*. *Augustinus* de Ser. Domini in monte (Lib. II. cap. 7.) Et revera omne multiloquium à gentilibus venit, qui exercenda linguæ potius quam mandando animo dant operam, & hoc studii genus etiam ad Deum prece scledendam transferre conantur. *Gregorius* (2) 14. Moral. (super illud Job 41. „ Non parcam „ verbis.) Sed veraciter orare est amarus in compunctione gemitus, & non composita verba resonare: & ideo subditur: *Nolite ergo assimilari eis*. *Augustinus* de Ser. Domini in monte (Lib. I. cap. 7.) Si enim verba multa ad id properantur ut infatuatur ignarus; quid eis opus est ad rerum omnium conditorem? Unde sequitur: *Scit enim Pater vester quid opus sit vobis, antequam petatis eum*. *Hieronymus* (super *Scit Pater vester*.) Conspurgit autem in hoc loco quedam hæresis Philosophorum: quorundam, dogma perversum dicentium: Si novit Deus quid ore-

S. Thom. Oper. Tom. VIII.

(1) *Al. sic esse obruendam*. (2) *Al. Permanere*. (3) *Al. nescirent*. (4) *Al. petere scienti*. (5) *Al. consulit*. (6) *Al. regere, ut gnoscat, &c.*

EX EDIT. P. NICOL. (a) Lib. 33. cap. 21. (b) Bedæ nomine prænotatur; sed hæc in Bedæ non occurrunt; partem autem eorum habet Cyprianus tract. de Oratione dominica paulo post initium.

mus, & antequam petamus scit quo indigemus; frustra scienti loquimur. Quibus respondendum est, non narratores esse, sed rogatores. Aliud est enim narrare ignoranti, aliud (4) scientem petere. *Chrysostomus* in hom. (19. in Matth.) Non ergo oras ut doceas, sed flectas, ut familiaris efficiaris continuitate interpellationis, ut humiliteris, ut rememoraris peccatorum tuorum. *Augustinus* de Ser. Domini in monte (Lib. II. cap. 7.) Nec etiam verbis nos agere debemus apud Deum, ut impetremus quod volumus, sed rebus quas animo gerimus, & intentione cogitationis, cum dilectione pura, & suppliciter affectu. *Augustinus* ad Probam (epist. 121. 2.) Sed ideo per certa intervalla temporum etiam verbis rogamus Deum, ut illis rerum signis nos ipsos admoneamus, quantumque in hoc desiderio profecerimus, nobis ipsi innotescamus, & ac hoc augendum nos ipsos acrius excitemus; ne variis curis quod tepescere cœperat, omnino frigeat, & penitus extingatur, nisi crebrius inflammetur. Nobis ergo necessaria sunt verba, quibus commoveamur, & inspiciamus quid petamus, non quibus Dominum seu docendum, seu flectendum esse credamus. *Augustinus* de Ser. Domini in monte (Lib. II. cap. 7.) Sed rursus quæri potest, si rebus, si verbis orandum sit, quid opus sit ipsa oratione, si Deus jam novit quid nobis necessarium sit, nisi quia ipsa orationis intentio cor nostrum serenat, & purgat, capaciusque efficit ad excipienda divina munera, quæ spiritualiter nobis infunduntur. Non enim ambitione precum nos exaudit Deus, qui semper paratus est dare suam lucem; sed nos non semper parati sumus accipere, cum ea quæ cupiebantur, temporaliter excluduntur, ut acies cordis simpliciter ferre possit simplicem lucem, & in ea manere cum gaudio, quo beata vita perficitur.

(c) *Glossa* (b) Inter salutaria monita, & divina quibus (5) consulit credentibus, formam orandi proposuit, & orationes composuit brevibus verbis, ut sit fiducia cito annuendi, quod breviter vult rogari: unde dicit: *Pater noster qui es in celis*. *Cyprianus* de Oratione dominica. Qui fecit vivere, docuit & orare, ut dum oratione quam Filius docuit, apud Patrem loquimur, facilius audiamur. Amica, & familiaris oratio est Dominum de suo (6) rogare. Agnoscat Pa-

ter filii sui verba, cum precem facimus, & cum ipsum habeamus advocatum apud Patrem pro peccatis nostris, quando peccatores pro delictis nostris petimus, advocati nostri verba promamus. *Glossa.* Non tamen his solis verbis oratur, sed & aliis sub eodem sensu conceptis, quibus cor nostrum accenditur. *Augustinus* de Serm. Domini in monte (Lib. II. cap. 8.) Cum autem in omni deprecatione benevolentia concilianda sit ejus quem deprecamur, deinde dicendum quid deprecemur; per laudem illius ad quem oratio dirigitur, solet benevolentia conciliari; & hoc in orationis principio ponitur: in quo Dominus noster, nihil aliud nos dicere jussit, nisi *Pater noster qui es in caelis*. Multa quidem dicta sunt in laudem Dei; nusquam tamen invenitur præceptum populo Israel, ut dicerent, *Pater noster*; sed est (1) eis insinuatus ut Dominus tamquam servus. Sed de populo Christiano Apostolus dicit (Rom. 8.) quod spiritum adoptionis accepit, in quo clamamus, Abba pater, quod non est meritorum nostrorum, sed gratiæ, quam in oratione ponimus, cum dicimus, *Pater*, quo nomine & caritas excitatur: quid enim carius debet esse filiis quam pater? & supplex affectus, cum homines dicunt Deo, *Pater noster*: & quædam impetrandi (2) præsuppositio: quod enim non det filiis petentibus, cum hoc ipsum ante dederit, ut filii essent? Postremo quanta curam animam tangit, ut qui dicit, *Pater noster*, tanto patre non sit indignus? Admonetur etiam hic divites, vel genere nobiles, cum facti fuerint Christiani, non superbi aduersus pauperes, vel ignobiles, quoniam simul dicunt Deo, *Pater noster*; quod non possunt pie, ac vere dicere, nisi se fratres esse cognoscant. *Chrysostramus* in homil. (20.) Quod enim nocumentum est ex inferiori cognatione, cum secundum superiorem omnes simus copulati? Qui etiam patrem dixit, & peccatorum remissionem, & adoptionem, & hereditatem, & fraternitatem, quæ est ad Unigenitum, & spiritus largitionem per unam hanc confessionem est nuncupationem. Non enim possibile est vocare Deum patrem, nisi eum qui est omnibus istis bonis potius. Dupliciter orantium igitur erigit sensum, & dignitate ejus qui invocatur, & magnitudine beneficiorum, quibus orans potius est. *Cyprianus* de Oratione dominica. Non autem dicimus, *Pater meus*; sed *Pater noster*, quia pacis, & unitatis magister noluit sigillatim, & privatim precem fieri, ut quis cum precatur, pro se tantum precetur. Publica enim est nobis, & communis oratio; & quando oramus, non pro uno tantum, sed pro populo quæ-

(1) *Al.* in eis. (2) *Al.* præsumptio. (3) *Al.* corporeum. (4) *Al.* omittuntur sequentia.

to oramus, quia totus populus unum sumus. Sic enim unum orare pro omnibus voluit, quomodo in uno omnes ipse portavit. *Chrysostramus* super Matth. (hom. 14. in opere imperf.) Pro se enim orare necessitas cogit, pro altero autem caritas fraternitatis hortatur. Dalcior autem est ante Deum oratio, non quam necessitas transmittit, sed quam caritas fraternitatis commendat. *Glossa.* Dicitur etiam *Pater noster*, quod commune est omnibus; non Pater meus, quod soli Christo convenit, qui est Filius per naturam. *Chrysostramus* super Matth. (in opere imperf. ut supra.) Addit autem, *Qui es in caelis*, ut sciamus nos habere patrem caelestem; & erubescant se terrenis rebus subsistere qui patrem habent in caelis. *Cassianus* Lib. 9. Coll. (cap. 18.) Et ut ad illam regionem in qua patrem nostrum commemorati fatemur, summo desiderio properemus. *Chrysostramus* in hom. (20. super Matth.) *In caelis* ergo cum dicit, non illic Deum concludens, hoc ait; sed à terra abduens orantem, & excelsis regionibus affigens. *Augustinus* de Serm. Domini in monte (Lib. II. cap. 9.) Vel dicitur esse *in caelis*, id est in sanctis, & iustis: non enim spatium locorum continetur Deus. Sunt quidem caeli excellentia mundi corpora; & si in eis locus Dei esse credatur, melioris meriti sunt aves, quarum vita est Deo vicinior. Non autem est scriptum „(Psal. 33.) „Prope est Dominus, cælis hominibus, aut eis qui montibus habitant; sed „contritis corde. Sed sicut terra appellatur peccator, cui dictum est (Gen. 3.) „Terra es, „& in terram ibis; sic caelum iustus est contrario dici potest. Recte ergo dicitur, *Qui es in caelis*: tantum enim spiritaliter interesse videtur inter iustos & peccatores, quantum corporaliter inter caelum & terram. Cujus rei significandæ gratiã orantes ad orientem convertimur, unde caelum surgit, non tamquam Deus ibi sit, ceteras mundi deserens partes, sed ut admonetur animus ad naturam excellentiorem se convertere, id est ad Deum; cum corpus ejus, quod terrenum est, ad corpus excellentius, id est ad corpus caeleste, convertatur. Convenit etiam ut omnium sensibus & parvulorum, & magnorum beneficiatur de Deo: & ideo qui nondum possunt (3) incorporeum cogitare, tolerabilior est illorum opinio, (4) si Deum in caelo potius esse credant quam in terra.

(d) *Augustinus* (Lib. II. de Serm. Dom. in monte cap. 10.) Dicitur est quis sit qui petitur, & ubi habitet: jam videamus quæ sint petenda. Primum autem omnium quæ petuntur, hoc est, *Sanctificetur nomen tuum*: quod non sic petitur, quasi non sit sanctum Dei nomen, sed ut sanc-

tum habeatur ab hominibus; id est, ita innoscatur Deus ut non aestimetur aliquid (1) sanctius. *Chrysostramus* in hom. (20.) Vel rogare jubet orantem, Deum per nostram glorificari vitam; ac si dicat: Ita fac nos vivere ut per nos universa te glorificent. *Sanctificetur* (2) enim idem est quod glorificetur. Digna est autem Deum deprecantis oratio, nihil petere ante Patris gloriam, sed omnia ejus laudi postponere. (a) *Chrysostramus* (hom. 14. in Matth. in op. imperf.) Vel aliter. Non optamus Deo ut sanctificetur orationibus nostris, sed ut nomen ejus sanctificetur in nobis. Quia enim ipse dixit (Levit. 20.) „Sancti estote, quia ego sanctus sum; id petimus, & rogamus, ut qui in baptismo sanctificati sumus, in eo quod esse ceperimus perseveremus. *Augustinus* de Bono Perseverant. Cur autem perseverantia ista poscitur à Deo, si; ut Pelagiani dicunt, non datur à Deo? An & ista invidiosa petitio est, cum id ab eo petitur quod scitur non ipsum dare, sed ipso non dante esse in hominis potestate? (3) præstare? *Cyprianus* (ut supra.) Et hoc etiam ut sanctificemur, quotidie deprecamur: opus enim est nobis continua sanctificatione, ut qui quoties delinquimus, delicta nostra sanctificatione assidua purgemus. (e) *Glossa.* Congruè sequitur ut post adorationem filiorum, regnum petamus, quod filiis debetur: unde sequitur: *Adveniat regnum tuum.* *Augustinus* de Serm. Domini in monte (Lib. II. cap. 10.) Quod non ita dictum est, quasi Deus nunc non regnet etiam in terra, semperque in ea regnaverit. *Adveniat* ergo accipiendum est ut manifestetur hominibus. Nulli autem licebit ignorare regnum Dei; cum ejus Unigenitus non solum intelligibiliter, sed etiam visibiliter venerit judicare vivos & mortuos. Tunc autem esse futurum judicii diem Dominus docet, cum Evangelium prædicatum fuerit in omnibus gentibus; quæ res pertinet ad sanctificationem nominis Dei. *Hieronymus*. Vel generaliter pro totius mundi petit regno, ut diabolus in mundo regnare desistat; vel ut in unoquoque regnet Deus, & non regnet peccator in mortali hominum corpore. *Chrysostramus* (ubi supra.) Vel nostrum regnum petimus advenire à Deo nobis repositum, & Christi sanguine acquisitum, ut qui in sæculo ante servivimus; postmodum Christo dominante regnemus. *Augustinus* ad Probam (epist. 121. cap. 11.) Regnum namque Dei veniet, sive velimus; sed non volumus. Sed

(1) *Al.* sanctum. (2) *Al.* deest enim. (3) *Al.* omittitur præstare. (4) *Al.* pro *Cassiano* sere semper citatur, hoc modo. *Ex Collat.*
 Ex edit. P. Nicol. (a) *Cyprianus* de Oratione dominica, non *Chrysostramus*; ut prius notabatur, adjecto ad marginem indice operis imperf. hom. 14.

desiderium nostrum ad illud regnum excitamus, ut nobis veniat, atque in isto regnemus. (4) *Cassianus* 10. Collat. (cap. 93.) Vel quia novit sanctus testimonio conscientie suæ, cum apparuerit regnum Dei, ejus se futurum esse confitemem. *Hieronymus* (in hoc loco.) Attendendum autem quod: grandis audaciæ sit, & puræ conscientie postulare regnum Dei, & iudicium non timere. *Cyprianus*. (ut supra.) Potest etiam & ipse Christus esse regnum Dei, quem venire quotidie cupimus, cujus adventus ut cito nobis representetur optamus: nam cum resurrectione ipse sit, quia in ipso resurgimus, sic & regnum Dei potest intelligi, quia in illo regnaturi sumus. Bene autem regnum Dei petimus, id est caeleste, quia est & terrene regnum. Sed qui renuntiavit jam sæculo, major est etiam honoribus ejus, & regno; & ideo qui se Deo, & Christo dedicat, non terrena, sed caelestia regna desiderat. *Augustinus* de Bono Perseverantiae (cap. 11.) Cum autem petitur, *Adveniat regnum*, quid orant qui jam sancti sunt, nisi ut in ea sanctitate quæ jam illis data est perseverent? Neque enim aliter veniet Dei regnum, quod his qui perseverant usque in finem, certum est esse venturum.

(f) *Augustinus* (Lib. II. de Serm. Dom. in monte cap. 10.) In illo beatitudinis regno vita beata perficietur in sanctis, sicut nunc in caelestibus Angelis. Et ideo post illam petitionem quod dicimus, *Adveniat regnum tuum*, sequitur: *Fiat voluntas tua, sicut in caelo, & in terra*; id est, sicut in Angelis, qui sunt in caelo; voluntas tua sit, ut te perfruantur, nullo errore obnubilante eorum beatitudinem; ita fiat in sanctis tuis, qui in terra sunt, & de terra; quantum ad corpus attinet, facti sunt. Item *fieri voluntas tua*, recte intelligitur, obediatur præceptis tuis: *sicut in caelo, & in terra*; id est, sicut ab Angelis, ita ab hominibus, non quod ipsi faciant ut velis Deus, sed quia faciunt quod ille vult; id est, faciunt secundum voluntatem ejus. *Chrysostramus* in hom. (20. super Matth. super princ.) Vide autem consequentiam optimam: quia enim concupiscere docuit caelestia, per hoc quod dictum est, *Adveniat regnum tuum*, antequam ad caelum perveniant, ipsam terram jussit fieri caelum, per hoc quod dicit: *Fiat voluntas tua sicut in caelo, & in terra.* *Hieronymus*. Erubescant autem ex hac sententia qui quotidie rogas in caelo fieri mentiuntur. *Augustinus* de Serm. Dom. in monte

te (Lib. II. cap. 11.) *Nel sicut in celo, & in terra; idest, sicut in iustis; ita in peccatoribus; tamquam si diceret: Sicut faciunt voluntatem tuam iusti; etiam peccatores; ut ad te converterantur; five ita ut sua cuique tribuatur, quod fiet in extremo iudicio. Vel per caelum, & terram, accipiamus spiritum, & caritatem. Et quod dicit Apostolus Rom. 7. 1. „Mente servio legi Dei;” videamus factam Dei voluntatem in spiritu. In illa autem immutatione quae promittitur iustis, fiat voluntas tua sicut in celo, & in terra; idest, sicut spiritus non resistit Deo, ita & corpus non resistit spiritui. Vel sicut in celo, & in terra; idest, sicut in ipso Jesu Christo, ita & in Ecclesia; tamquam in viro, qui patris voluntatem implevit, ita & in femina, quae illi desponsata est. Caelum enim, & terra convenienter intelligitur quasi vir, & femina; quoniam terra caelo fecundante fructifera est. Cyprianus (ubi supra.) Non ergo petimus ut Deus faciat quod vult, sed ut nos facere possimus quod Deus vult: quod ut fiat in nobis, opus est Dei voluntate, idest opera eius, & protectione: quia nemo suis viribus fortis est, sed Dei misericordia tutus. Chrysostomus in homil. (20. super illud, Fiat voluntas tua.) Virtus enim non est nostri studii solum, sed superioris gratiae. Rursum autem hic orationem pro orbe terrarum cuilibet nostrum inunxit, neque enim dixit: Fiat voluntas tua in me, vel in nobis, sed ubique terrarum, ut solvatur error, & plantetur veritas, & expellatur malitia, & revertatur virtus, & sic jam non differat caelum a terra. Augustinus de Bono Perseverantiae (cap. 3.) Ex hoc autem evidenter ostenditur, contra Pelagianos initium fidei esse donum Dei, quando pro infidelibus, ut habere fidem incipiant, sancta orat Ecclesia. Cum etiam in sanctis jam sit facta Dei voluntas; cur ut fiat adhuc petunt, nisi ut perseverent in eo quod esse ceperunt? Chrysostomus super Matth. (hom. 114. in opere imperf.) Communiter autem accipi debet, quod ait, *Sicut in celo, & in terra; idest, sanctificetur nomen tuum sicut in celo, & in terra; adveniat regnum tuum sicut in celo, & in terra; fiat voluntas tua sicut in celo, & in terra.* Et vido quod caute locutus est: non dixit: Pater, sanctifica nomen tuum in nobis; adveniat regnum tuum super nos: fac voluntatem tuam in nobis. Nec iterum dicit: Sanctificemus nomen tuum: suscipiamus regnum tuum: faciamus voluntatem tuam; ne hoc aut Dei tantum, aut hominis tantum esse videatur. Sed medie dixit, & impersonaliter: nam sicut homo non potest facere bonum nisi habuerit adiutorium Dei, sic nec Deus bonum operatur in homine, nisi homo voluerit.*

(1) Al. deest enim: item habetur etiam. (2) Al. omittitur panis. (3) Al. deseramus.

(g) Augustinus (in Ench. cap. 15.) Hæc ergo tria quæ in præmissis petitionibus petuntur, hic inchoantur, & quantumcumque proficimus, augentur in nobis, perfecte vero, quod in alia vita sperandum est, semper possidebuntur. Reliquis vero quatuor quæ sequuntur, petuntur temporalia, quæ propter æterna consequenda sunt necessaria: panis enim qui convenienter petitur hic, est necessarius: sequitur enim: *Panem nostrum supersubstantialem da nobis hodie.* Hieronymus (in hoc loco.) Quod nos supersubstantialem exprimimus, in Græco habetur bis (epiousion) quod verbum 70. Interpretes (periousion) frequentissime transferunt. Consideravimus ergo in Hebræo, & ubicumque illi (periousion) exprefferunt, nos invenimus *segola*, quod *Symmachus* exeret, idest præcipuum, vel egregium transit; licet in quodam loco *peculiarem* interpretatus sit. Quando ergo petimus, ut peculiarem, vel præcipuum nobis Dominus tribuat panem, illum petimus qui dicit in Evangelio (Joan. 6.) „Ego sum panis vivus, qui de celo descendi.” Cyprianus (ubi supra.) Nam panis vitæ Christus est; & panis hic omnium non est, sed noster est. Hunc autem panem dari nobis quotidie postulamus, ne qui in Christo sumus, & eucharistiam quotidie accipimus, intercedente aliquo graviore delicto a castelli pane prohibeamur, & à Christi corpore separemur. Petimus ergo ut qui in Christo manemus, à sanctificatione eius, & corpore non recedamus. Augustinus de Bono Perseverantiae (cap. 4.) Perseverantiam ergo à Domino sancti poscunt, quando petunt ne à Christi corpore separentur, sed in ea sanctitate permaneant, ut nullum crimen admittant. Chrysostomus (hom. 14. oper. imperf.) Vel panem supersubstantialem posuit, hoc est quotidianum. Casianus Lib. 9. Coll. (cap. 21.) Cum (1) enim dicit, *Hodie*, ostendit eum quotidie esse sumendum, omnique tempore hæc oratio debet profundiri: quia non est dies qua non opus sit nobis huius (2) panis perceptione cor interioris hominis confirmare. Augustinus de Serm. Domini in Monte (Lib. 2. cap. 12.) Sed contra hoc illi movent questionem qui in orientalibus partibus non quotidie cenæ Domini communicant: qui de hac re suam sententiam defendunt, vel ipsa auctoritate ecclesiastica, quod sine scandalo ista faciunt; neque ab eis qui Ecclesiis præstant, facere prohibentur. Sed ut de istis nil in aliquam partem (3) differamus, illud certe debet occurrere cogitantibus, regulam nos orandi à Domino accepisse, quam transgredi non oportet. Quis ergo audeat dicere, semel

tantum nos orare debere orationem dominicam, aut si iterum, & tertio, usque ad eam tantum horam qua corpori Domini communicamus? Non enim postea dicere poterimus, *Da nobis hodie*, quod jam accepimus. Aut poterit quisque cogere ut ultima parte diei sacramentum illud celebremus? Casianus ibidem. Licet istud quod dicitur, *Hodie*, ad presentem vitam possit intelligi; idest, dum in hoc sæculo commoramur, præsta nobis hunc panem. Hieronymus (hoc loco.) Possimus supersubstantialem panem & aliter intelligere, qui super omnes substantias sit, & universas superet creaturas, scilicet Domini. Augustinus de Serm. Dom. in monte (Lib. 2. cap. 12.) Vel quotidianum panem accipiamus spiritualem, præcepta scilicet divina, quæ quotidie oportet meditari, & operari. Gregorius 24. Moral. (cap. 7. vel 5. in novis exem.) Nostrum autem hunc panem dicimus, & tamen ut detur oramus: quia Dei est (1) ex munere, & nosse fit per acceptionem. Hieronymus. Alii simpliciter putant, secundum Apostoli sermonem dicentis (1. Tim. 6.) „Habentes victum, & vestitum, his contenti simus;” de presentiantum cibo sanctos curam gerere: unde in posterioribus præceptum est, *Nolite cogitare de crastino.* Augustinus ad Probam (epist. 121. cap. 11.) Sic ergo hic sufficientiam petimus à parte quæ (2) excellit, idest nomine panis totum significans. Chrysostomus super Matth. (hom. 14. in opere imperf.) Non solum autem oramus ideo, *Panem nostrum da nobis hodie*, ut habeamus quid manducemus, quod commune est inter iustos & peccatores; sed ut quod manducamus, de manu Dei accipiamus: quod est tantum sanctorum. Nam illi Deus dat panem qui cum iustitia præparat, diabolus autem ei qui præparat cum peccato. Vel ita ut dum à Deo datur: sanctificatus accipitur; & ideo addit, *Nostrum*; idest, quem nos habemus paratum, illum da nobis, ut à te sanctificetur: sicut sacerdotes panem accipientes à laico, sanctificat, & porrigit ei: panis enim offerentis est, sed quod sanctificatum est, beneficium est sacerdotis. Dicit autem, *Nostrum*, propter duo. Primo quia omnia quæ nobis Deus dat, per nos alius dat, ut de eo quod accipimus, partem impotentibus faciamus. Qui ergo de laboribus suis, indigentibus præstat, non tantum panem suum manducat, sed etiam alienum. Deinde qui de iustitia acquirunt panem manducat, suum panem manducat; quod autem cum peccato, alienum, Augustinus de Serm. Domini in monte (Lib. 2. cap. 12.) Forte autem aliquis

S. Thom. Oper. Tom. VIII.

(1) Al. ex vi naturæ. (2) Al. expedit. (3) Al. machar.

EX EBIT. P. NICOL. (a) Chrysostomus super Mattheum hom. 14. operis imperf.

moveatur cur oremus pro his adipiscendis quæ huic vitæ sunt necessaria, sicut est victus, & tegumentum; cum Dominus dicat: *Nolite solliciti esse quid edatis, aut quid induamini*: non potest autem quisque de ea re, pro qua adipiscenda orat, non esse sollicitus. Augustinus ad Probam (epist. 121. cap. 11.) Sed sufficientiam vitæ non indecenter vult quisquis vult, & non amplius: hæc autem sufficientia non appetitur propter seipsam, sed propter salutem corporis, & congruentem habitum personæ hominis, quo habitu non fit inconveniens eis cum quibus honeste vivendum est. Ista ergo cum habentur, ut teneantur, cum non habentur, ut habeantur orandum est. Chrysostomus in hom. (20.) Considerandum est autem, quod postquam dixit, *Fiat voluntas tua sicut in celo, & in terra*; quia hominibus loquebatur in terra carne indutus, & non potentibus habere eandem impassibilitatem cum Angelis, condescendit iam infirmitati nostræ, quæ necessario indiget cibo: & ideo pro pane iussit orationem facere, non pro pecuniis, neque pro lascivia, sed solum pro pane quotidiano: & neque hoc sufficit, sed apposuit, *Da nobis hodie*, ut non conteramus nos ipsos sollicitudine supervenientis diei. Chrysostomus super Matth. (hom. 14. in opere imperf.) Et sic prima facie videntur hæc verba sonare, ut qui hoc dicunt, non habeant in crastinum, aut post crastinum præparatum. Quod si ita est, oratio ista aut paucis potest convenire, sicut Apostolis, qui docendi gratia omni tempore vagabantur, aut forsitan nulli. Doctrinam autem Christi ita debemus aptare ut omnes in ea proficiant. Cyprianus (in tract. de Dominica Oratione, circa medium.) Divinum ergo cibum discipulus Christi debet petere, ne in longum desiderium petitionis extendat: quia contrarium sibi fit & repugnans ut queramus in sæculo diu manere, qui petimus regnum caelorum velociter advenire. (a) Vel addit, *Quotidianum*, ut tantum quis manducet quantum ratio naturalis exigit, non quantum lascivia carnis impellit. Si enim in uno convivio tantum expendas quantum sufficere tibi potest centum diebus, jam non quotidianum cibum manducas, sed multorum dierum. Hieronymus (super illud, *Panem nostrum.*) In Evangelio autem quod appellatur secundum Hebræos pro *supersubstantiali* pane (3) *mohar* reperitur, quod dicitur crastinum: ut sit sensus, *Panem nostrum crastinum*, idest futurum, *da nobis hodie.*

(h) Cyprianus (ubi supra.) Post subsidium cibi petitur & venia delicti, ut qui à Deo pas-

E 2

ci-

citur, in Deo vivat; nec tantum presenti vitæ, sed æternæ consulatur, ad quam venire potest, si peccata donentur, quæ debita Dominus appellavit, sicut alibi dicit (infra 18.) *Dimisi tibi omne debitum, quia rogasti me.* Unde sequitur: *Dimitte nobis debita nostra.* Quare necessarie, & salubriter admonetur, qui peccatores sumus, qui pro peccatis rogare compellimur; & ne quis sibi quasi innocens placeat, & se extollendo plus pereat, infruitur se peccare quotidie, dum pro peccatis quotidie jubetur orare. *Augustinus* de Bono Perseverantiæ (cap. 5.) Hoc autem telo Pelagiani confodiuntur hæretici, qui audent dicere, hominem iustum in hac vita habere nullum omnino peccatum, & in talibus hominibus esse jam in presenti tempore Ecclesiam, non habentem maculam, aut rugam. *Chrysostomus* in hom. (20.) Quoniam vero fidelibus hæc oratio convenit, & leges Ecclesiæ docent, & orationis principium, quod docet Deum patrem vocare. Qui ergo fidelibus jubet remissionem peccatorum petere, demonstrat quod post baptismum contingit peccata dimitti, contra Novatianos. *Cyprianus* (ubi supra.) Qui ergo pro peccatis nos orare docuit, paternam misericordiam promissit; sed plane addidit legem, certa conditione nos constringens, ut sic nobis debitum dimitti posulemus, secundum quod, & ipsi debitoribus nostris dimittimus; & hoc est quod dicit: *Sicut & nos dimittimus debitoribus nostris.* *Gregorius* 10. Moral. (super illud Job 11.) „Si abtuleris iniquitatem;“ cap. 2. in nov. expli.) Ut profecto bonum, quod à Deo compuncti petimus, hoc primum proximo conversi faciamus. *Augustinus* de Serm. Dom. (Lib. 2. cap. 13.) Hoc non de pecunia dicitur, sed de omnibus quæ in nos quisque peccat, ac per hoc etiam de pecunia: peccat namque in te qui pecuniam tibi debitam, cum habeat unde reddere, non reddit, quod peccatum si non dimiseris, non poteris dicere: *Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris.* *Chrysostomus* super Matth. (14. hom. in oper. imperf.) Cum qua ergo spe orat qui iniquitatem servat adversus alterum, à quo forsitan læsus est? Sicut enim ipse orans mentitur, dicit enim, Remitto, & non remittit; sic & à Deo petit indulgentiam, & non illi indulgetur. Sed multi nolentes dare veniam peccatibus in se, fugiunt istam orationem orare. Stulti! Primo quia qui non sic orat ut docuit Christus, non est Christi discipulus; secundum, quia nec Pater libenter exaudit orationem quam Filius non dicaverit: cognoscit enim Pater Filii sui sensus, & verba, neque suscipit quæ usurpatio humana excogitavit, sed quæ sapientia Christi expo-

suit. *Augustinus* in Ezech. (cap. 73.) Tamem quia hoc tam magnum bonum, scilicet dimittere debita, & diligere inimicos, tanta multitudinis non est quantam credimus exaudiri. cum in oratione dicitur: *Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris:* procul dubio verba ipsorum huius implentur, si homo nondum ita proficit ut diligit inimicum; tamen quando rogatur ab homine qui peccavit in eum, ut ei dimittat, dimittit ex corde, quæ etiam sibi roganti utique vult dimitti. Jam vero qui eum in quem peccavit, rogat si peccato suo movetur ut roget, non adhuc est reputandus inimicus, ut eum diligere sit difficile, sicut difficile erat quando inimicitias exercebat.

(1) *Chrysostomus* super Matth. (hom. 14. in oper. imperf.) Quia multa magna supra mandavit hominibus, ut Deum patrem suum dicant, ut regnum Dei petant venire; ideo nunc additur humilitatis doctrina cum dicitur: *Et nos inducas in tentationem.* *Augustinus* de Serm. Dom. in mon. (Lib. 2. cap. 14.) Nonnulli codices habent: *Et ne nos inferas in tentationem:* quod tantumdem valere arbitror: nam ex uno Græco verbo, *Isenêhis*, utrumque est translatum. Multi autem interpretando ita dicunt: Ne nos patiaris induci in tentationem, exponentes quomodo dictum sit, *Inducas.* Non enim per seipsum inducit Deus, sed inducit patitur eum quem suo auxilio deseruerit. *Cyprianus* (ubi supra.) Qua in parte offenditur, contra nos nihil adversarium posse, nisi Deus ante permiserit, ut omnis timor noster, & devotio convertatur ad Deum. *Augustinus* de Serm. Dom. in monte (Lib. 2. cap. 14.) Aliud est autem induci in tentationem, aliud tentari: nam sine tentatione probatus esse nemo potest, sive sibi ipsi, sive alii; Deo autem ante omnes tentationes quisque notissimus est. Non ergo hic oratur, ut non tentemur, sed ut non inferamur in tentationem; tamquam si quispiam cui necesse est igne examinari, non orat ut igne non contingatur, sed ut non exuratur. Inducimur enim, si tales inciderint quas ferre non possumus. *Augustinus* ad Probam (epist. 121. cap. 2.) Cum ergo dicimus, *Ne nos inducas in tentationem,* nos admonemur hoc petere, ne deserti ejus adiutorio; alicui tentationi vel consentiamus decepti, vel cedamus afflicti. *Cyprianus* (ubi supra.) In quo admonemur infirmitatis, & imbecillitatis nostre, ne quis se insolenter extollat, ut dum procedit humilis, & submissa confessio, & datur totum Deo, quicquid suppliciter petitur, ipsius pietate præstetur. *Augustinus* de Bono Perseverantiæ (cap. 5.) Cum autem sancti petunt, *Ne nos inferas in tentationem,* quid aliud quam

ut in sanctitate perseverent orant? (1) Hoc autem sibi concessio (quod esse de Dei dono, cum ab illo posticitur, demonstratur) nemo sanctorum non tenet usque in finem perseverantiam sanctitatis: neque enim quicumque in proposito christiano perseverare desinit, nisi in tentationem primitus inferatur. Ideo ergo petimus ne inferamur in tentationem, ut hoc non fiat; & si non sit, Deus non permittit ut fiat: nihil enim sit, nisi quod aut ipse facit, aut fieri permittit. Potens est ergo à malo in bonum flectere volentates, & lapsum convertere, ac dirigere in sibi placitum gressum, cui non frustra dicitur: *Ne nos inferas in tentationem:* nam qui in tentationem suæ malæ voluntatis non inferatur, in nullam profus inferatur; unusquisque enim „tentatur à concupiscentia sua“ (Jac. 1.) Voluit ergo Deus à se posci ne inferamur in tentationem, quod poterat nobis & non orantibus dari, quia voluit nos admoneri, à quo beneficia accipiamus. Attendat ergo Ecclesia quotidianas orationes suas: orat ut increduli credant; Deus ergo convertit ad fidem: orat ut credentes perseverent; Deus ergo dat perseverantiam usque in finem,

(k) *Augustinus* de Serm. Dom. (Lib. 2. cap. 16.) Orandum est, non solum ut non inducamur in malum, quo caremus, sed ab illo etiam liberemur in quod jam inducti sumus; & ideo sequitur: *Sed libera nos à malo.* *Chrysostomus* in hom. (20.) Vel malum hic diabolus vocat, propter excellentiam malitiæ, non quæ ex natura est, sed quæ ex electione. Et quia ad nos implacabile bellum habet, propter hoc dixit: *Libera nos à malo.* *Cyprianus* (ubi supra.) Post omnia quidem supradicta, in consummatione orationis venit clausula universas preces nostras collecta brevitate concludens: nihil enim remanet quod ultra adhuc debeat postulari, cum semel protectionem Dei adversus malum petimus, qua impetrata, contra omnia quæ diabolus, & mundus operatur, securi sumus. Quis enim de sæculo metus est, cujus in sæculo Deus tutor est? *Augustinus* ad Probam (epist. 121. cap. 11.) Et hoc ultimum quod in oratione dominica positum est, tam late patet, ut homo Christianus in qualibet tribulatione constitutus, in hoc gemitus edat, & in hoc lacrymas fundat, hinc exordiat, in hoc terminet orationem: unde sequitur, *Amen*, quo desiderium orantis exprimitur. *Hieronymus* (super illud, *Libera nos à malo.*) *Amen* enim, quod in fine constat scriptum, signaculum est dominicæ orationis; quod Aquila interpretatus est *Fideliter*, quod

nos Vere possumus dicere. *Cyprianus* (ubi supra.) Quid mirum, si talis oratio est quam Deus docuit, qui magisterio suo omnem precem nostram salutari sermone brevavit? Hinc per Elaiam fuerat ante prædictum (cap. 10.) „Sermonem „breviatum faciet Deus super terram.“ Nam cum Dominus Jesus Christus omnibus venerit, ut colligeret doctos pariter, atque indoctos, omni sexui atque ætati, præcepta salutis ediderit, præceptorum suorum fecit grande compendium, ut in disciplina cælesti discitentium memoria non laboraret, sed quod esset simpliciter fidei necessarium, velociter discerent. *Augustinus* ad Probam (ep. 121. cap. 12.) Quælibet autem alia verba dicamus, quæ affectum orantis vel præcedendo format, ut clareat, vel consequendo (2) accendit, ut crescat; nil aliud dicimus quam quod in ista oratione dominica positum est, si recte, & congruenter oramus. Qui enim dicit (Eccli 36.) „Clarificare in omnibus gentibus, „sicut clarificatus es in nobis,“ quid aliud dicit quam *Sanctificetur nomen tuum?* Qui dicit (Psalm. 79.) „Ostende faciem tuam, & salvi „erimus,“ quid aliud dicit quam *Adveniat regnum tuum?* Qui dicit (Psalm. 118.) „Gressus „meos dirige secundum eloquium tuum,“ quid aliud dicit quam *Fiat voluntas tua?* Qui dicit (Prov. 30.) „Paupertatem, & divitias „ne dederis mihi,“ quid aliud dicit quam *Panem nostrum quotidianum da nobis hodie.* Qui dicit (Psalm. 131.) *Memento Domine David, & „omnis mansuetudinis ejus:“ & Psalm. 7.) „si reddidi retribuentibus mihi mala:“ quid aliud dicit quam *Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris?* Qui dicit (Eccli. 23.) „Aufert à me concupiscentias ventris,“ quid aliud dicit quam *Ne nos inducas in tentationem?* Qui dicit (Psalm. 58.) „Erue me ab inimicis meis, Deus meus,“ quid aliud dicit quam *Libera nos à malo?* Et si per omnia precationum sanctorum verba discurras, nihil invenies quod in ista oratione dominica non contineatur. Quisquis autem id dicit quod ad evangelicam istam precem pertinere non possit, carnaliter orat: quod nescio quomodo non dicatur illucite, quando (3) renatus Dominus, non nisi spiritaliter docet orare. Qui autem dicit in oratione: Domine multiplica divitias meas, & honores meos auge; & hoc dicit eorum habens concupiscentiam, non id attendens ut ex his secundum Deum proficiat hominibus: puto eum non invenire in oratione dominica quo possit hæc vota aptare. Quamobrem pudeat saltem petere quod non pudet cupere. Aut si & hoc pudet,*

(1) *Al.* Si autem hoc sibi concessio quidem esse de Dei dono, &c. (2) *Al.* attendit. (3) *Al.* renatus.

det, & cupiditas vincit, melius hoc petetur ut etiam ab illo cupiditatis malo liberet cui dicimus: *Libera nos à malo.* Augustinus de Serm. Dom. (Lib. 2. cap. 18.) Videtur etiam iste numerus petitionum septenario beatitudinum congruere. Si enim timor Dei est quo beati fiunt pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cælorum, petamus ut sanctificetur in hominibus nomen Dei, timore casto permanente in sæcula sæculorum. Si pietas est qua beati sunt mites, petamus ut veniat regnum ejus, ut mitemus, nec ei resistamus. Si scientia est qua beati sunt qui lugent, oremus ut fiat voluntas ejus sicut in cælo, & in terra: (1) quia si corpus tamquam terra cum spiritu tamquam cælo consenserit, non lugebimus. Si fortitudo est qua beati sunt qui esuriunt, oremus ut panis nostræ quotidianus detur nobis hodie, quo ad plenissimam saturitatem venire possimus. Si consilium est quo beati sunt misericordes, quoniam (2) ipsorum miserebitur, dimittamur debita, ut nobis nostra debita dimittantur. Si intellectus est quo beati sunt mundo corde; oremus non induci in tentationem, ne habeamus duplex cor, temporalia, & terrena sectando, de quibus tentationes fiunt in nobis. Si sapientia est qua beati sunt pacifici, quoniam filii Dei vocabuntur, oremus ut liberemur à malo: ipsa enim liberatio liberos nos faciet filios Dei. Chrysostomus in hom. (20. in Matth. circ. medium.) Quia vero sollicitos nos fecerat inimici memoria, in hoc quod dixerat, *Libera nos à malo*, rursus audaciam præbet per hoc quod in quibusdam libris subditur: *Quoniam tuum est regnum, & virtus, & gloria: quia si ejus est regnum, nullum formidare oportet, cum & qui præliatur contra nos, sit ei subiectus. Cum autem virtus ejus, & gloria sint infinita, non solum à malis erueri potest, sed etiam facere gloriosum.* Chrysostomus super Matth. (hom. 14. in oper. imperf.) Hæc etiam ad præcedentia pertinent: quod enim dicit, *Tuum est regnum*, respondet ad illud quod dixerat, *Adveniat regnum tuum*: ne aliquis dicat. Ergo Deus non habet regnum in terra. Quod autem dicit, *Et virtus*, respondet ad id quod dixerat, *Fiat voluntas tua, sicut in cælo, & in terra*: ne aliquis dicat, quod Deus non potest facere quod vult. Quod vero dicit, *Et gloria*, respondet ad omnia quæ sequuntur, in quibus gloria Dei apparet.

(1) *Rabbanus* (super illud, *Libera nos à malo*) per hoc quod Dominus dixerat, *Amen*, significat, indubitanter illis à Domino conferri omnia quæ rite postulant, qui conditionis addi-

(1) *Al.* quia cum corpus tamquam terra spiritui tamquam cælo consenserit, &c. (2) *Al.* deest ipsorum. (3) *Al.* ferialis, item *P. Nicolai* habet ferox.

tæ servare pactum non negligunt: unde subditur: *Si enim dimiseritis hominibus peccata eorum, dimittet & vobis Pater vester cælestis delicta vestra.* Augustinus in Serm. Dom. (Lib. 2. cap. 18. à med.) Ubi non est prætereundum quod ex omnibus his sententiis, quibus nos Dominus orare præcepit, eam potissimum comendandam esse judicavit quæ tristes; sed Nolite fieri tristes: qui enim per imposturas aliquas (1) pallentes apparent, illi non sunt tristes, sed fiunt; qui autem naturaliter propter assiduam jejuniū tristes est, non sit tristes, sed vere est: unde subditur: *Exterminant enim facies suas, ut appareant hominibus jejunantes.* Hieronymus (super illud, *Exterminant facies*) Verbum *exterminant*, quod in ecclesiasticis scripturis vitio (2) interpretum tritum est, aliud multo significat quam vulgo intelligitur. Exterminantur quippe exules, qui mittuntur extra terminos. (3) Pro hoc ergo sermone, *demoliantur* semper accipere debemus, quod (4) Græce videtur, *aphanizausi*. Demolitur autem hypocrita faciem suam, ut tristitiam simulet, & animo forte lætante luctum gestat in vultu. Gregorius 8. Mor. (cap. 30. quod in novis exempl. est 26.) Nam ora pallent, corpus debilitate quatitur, pectus intercurrentibus suspiriis urgetur; nihilque tanto labore aliud nisi æstimatio humana cogitatur. Leo Papa (in serm. 4. de Epiph.) Non sunt autem casta jejuniā, quæ non de ratione veniunt continentie, sed de arte fallacia. Chrysostomus super Matth. (hom. 15. in oper. imperf.) Si ergo qui jejunat, & tristem se facit, hypocrita est; quanto magis iniquior est qui non jejunat, sed argumentis quibusdam in facie sua pingit venalem pallorem, quasi jejuniū signum? Augustinus de Serm. Dom. in monte (Lib. 2. cap. 19.) In hoc autem capitulo maxime advertendum est, non in solo rerum corporearum nitore, atque pompa, sed etiam in ipsis sordibus luctuosus esse posse jactantiam, & eo periculosiorem, quo sub nomine servitutis Dei decipit. Qui ergo immoderato cultu corporis, atque vestitus, vel ceterarum rerum nitore fulget, facile convincitur rebus ipsis pomparum sæculi esse sectator, nec quemquam fallit dolose imagine sanctitatis; qui autem in professione christianitatis inusitato squalore ac sordibus intentos in se hominum oculos facit, cum id (5) voluntate faciat, non necessitate patiat, ceteris ejus operibus potest cognosci utrum hoc contemptu superflui cultus, an ambitione aliqua faciat. Remigius. Fructus autem jejuniū hypocritarum manifestatur cum subinfertur:

(m) *Chrysostomus* super Matth. hom. 15. in op. imperf. Quia oratio illa jam fortis est, quæ fit in spiritu humilis; & corde contrito; qui autem deliciis fruitur, spiritum humilem, & cor contritum habere non potest; manifestum est quoniam oratio sine jejuniū gracilis est, & infirma: & ideo quicumque pro aliqua necessitate voluerunt orare, jejuniū cum oratione junxerunt, quia jejuniū adiutorium est orationis. Unde consequenter Dominus, post doctrinam de oratione, subiungit doctrinam de jejuniū, dicens: *Cum autem jejunatis, nolite fieri sicut hypocritæ tristes.* Sciebat enim Dominus gloriam vanam ex omni bono procedere; ideo spinam vanæ gloriæ, quæ nascitur in terra bo-

na,

na, jubet præcidere, ne suffocet jejuniū fructum. Non autem potest fieri, ut non sentiat qui jejunat; sed melius est ut jejuniū te ostendat, quam tu jejuniū. Non autem potest fieri, ut sit hilaris qui jejunat; ideo non dixit, Nolite esse tristes; sed Nolite fieri tristes: qui enim per imposturas aliquas (1) pallentes apparent, illi non sunt tristes, sed fiunt; qui autem naturaliter propter assiduam jejuniū tristes est, non sit tristes, sed vere est: unde subditur: *Exterminant enim facies suas, ut appareant hominibus jejunantes.* Hieronymus (super illud, *Exterminant facies*) Verbum *exterminant*, quod in ecclesiasticis scripturis vitio (2) interpretum tritum est, aliud multo significat quam vulgo intelligitur. Exterminantur quippe exules, qui mittuntur extra terminos. (3) Pro hoc ergo sermone, *demoliantur* semper accipere debemus, quod (4) Græce videtur, *aphanizausi*. Demolitur autem hypocrita faciem suam, ut tristitiam simulet, & animo forte lætante luctum gestat in vultu. Gregorius 8. Mor. (cap. 30. quod in novis exempl. est 26.) Nam ora pallent, corpus debilitate quatitur, pectus intercurrentibus suspiriis urgetur; nihilque tanto labore aliud nisi æstimatio humana cogitatur. Leo Papa (in serm. 4. de Epiph.) Non sunt autem casta jejuniā, quæ non de ratione veniunt continentie, sed de arte fallacia. Chrysostomus super Matth. (hom. 15. in oper. imperf.) Si ergo qui jejunat, & tristem se facit, hypocrita est; quanto magis iniquior est qui non jejunat, sed argumentis quibusdam in facie sua pingit venalem pallorem, quasi jejuniū signum? Augustinus de Serm. Dom. in monte (Lib. 2. cap. 19.) In hoc autem capitulo maxime advertendum est, non in solo rerum corporearum nitore, atque pompa, sed etiam in ipsis sordibus luctuosus esse posse jactantiam, & eo periculosiorem, quo sub nomine servitutis Dei decipit. Qui ergo immoderato cultu corporis, atque vestitus, vel ceterarum rerum nitore fulget, facile convincitur rebus ipsis pomparum sæculi esse sectator, nec quemquam fallit dolose imagine sanctitatis; qui autem in professione christianitatis inusitato squalore ac sordibus intentos in se hominum oculos facit, cum id (5) voluntate faciat, non necessitate patiat, ceteris ejus operibus potest cognosci utrum hoc contemptu superflui cultus, an ambitione aliqua faciat. Remigius. Fructus autem jejuniū hypocritarum manifestatur cum subinfertur:

S. Thom. Op. Tom. VIII.
(1) *Al.* fallentes. (2) *Al.* interpretatum. (3) *Al.* Pro quo. (4) *Al.* deest quod sequitur usque Demolitur. (5) *Al.* voluntas. (6) *Al.* unctisque. (7) *Al.* intentatio, forte intentio. (8) *Al.* proprius, item propria.

Ex edit. P. Nicol. (4) Non est in Glossa quæ nunc extat, sed in Anselmo.

Ut appareant hominibus jejunantes. Amen dico vobis receperunt mercadem suam, idest quam desideraverunt.

(n) *Glossa.* (a) Docuit Dominus quid non est faciendum, modo docet quid est faciendum, dicens: *Tu autem cum jejunas unge caput tuum, & faciem tuam lava.* Augustinus de Serm. Dom. in monte. (Lib. 2. cap. 20.) Quæri autem solet quid sit quod hic dicitur: non enim quisquam recte præceperit (quamvis faciem quotidiana consuetudine lavemus,) (6) unctis quoque capitibus, cum jejunamus, nos esse debere; quod turpissimum omnes fatentur. Chrysostomus super Matth. (hom. 15. in oper. imperf.) Item si ideo jubet nos non fieri tristes, ne per tristitiam appareamus hominibus jejunare; si unctio capitis, & lavatio faciei à jejunantibus semper ventur; nihilominus erunt signa jejuniū. Hieronymus (super illud, *Tu autem cum jejunas*.) Sed loquitur juxta ritum provincie Palæstinæ, ubi diebus festis solent ungeri capita. Præcipit ergo ut quando jejunamus, lætos, & festivos nos esse monstremus. Chrysostomus super Matth. (hom. 15. oper. imperf.) Simplex ergo (7) interpretatio hujus est, quoniam per aggregationem intelligenda sunt ista, sicut cetera ante dicta, tamquam si dicat: Sic longe te facere debes ab ostentatione jejuniū tui, ut si posset fieri (quod tamen non decet) ea etiam facias quæ ex diverso luxuriæ, & epulationis videntur esse indicia: unde sequitur: *Ne videaris hominibus jejunans.* Chrysostomus in hom. (21. parum à princip.) In elemosyna quidem non simpliciter hoc posuit; sed dixit elemosynam non esse faciendam coram hominibus, apponens ut videremur ab eis: in jejuniū autem, & oratione nihil tale addidit: quoniam elemosynam quidem impossibile est omnino latere, orationem autem, & jejuniū possibile est. Non parvus autem fructus est humanam gloriam contemnere: per hoc enim aliquis à gravi hominum servitute liberatur, & (8) proprie virtutis operator efficitur, eam amans non propter alios, sed propter seipsam. Sicut enim nos contumeliam æstimamus, cum non propter nos, sed propter alios diligimur; ita nec virtutem oportet propter alios sequi, nec Deo propter homines obedire, sed propter seipsam. Ideo sequitur: *Sed Patri tuo, qui est in abscondito.* Glossa (interl. & ord. simul.) Idest, Patri tuo cælesti qui est invisibilis, vel qui habitat in corde per fidem. Deo autem jejunat qui

F 2

pro